

**CONSELLO DA CULTURA GALEGA  
GALLAECIAE MONUMENTA HISTORICA**

**703**

**1151/11/12.**

*Os cregos Paio, Froila, Xoán e Pedro e o cabaleiro Sarraceno dóanlle ó mosteiro de Toxos Outos a vila da Cuncheira, en Sto. André de Cures.*

B.- Tombo, 176r.

(...).

In nomine sancte et \in/diuidue Trinitatis, Patris uidelicet et Filii Sanctique Spiritus unitatem, et cetera. Igitur in Dei nomine ego abba Pelagius et Froyla abbate una cum Iohanne et Petro, Dei nutu sacerdotes, simulque cum milite Sarraceno et suis heredibus uel coheredes donamus atque concedimus Domino Deo eiusque genitricis et ecclesie Beati Iusti Tribulis Altis famuli Dei ibi Deo seruientibus pro redemptione animarum nostrarum et parentum nostrorum, nos iamdicti clerici terciam partem et Sarraceno iamdicto milite cum suis heredibus duas partes de illo uillare de Concionario Superior cum suis directuris et diuisionibus ubicumque conueniunt ei, et est testamentum Sancti Andree. Damus atque concedimus cum suis exiis et regressibus, cum aquis et aquarum capita, et cetera. Siquidem super hoc nostro facto, et cetera, uenire presumpserit sit maledictus et excommunicatus a parte Domini nostri et Saluatoris et beati Petri apostoli, clauiger celestis regnu, et cetera.

Facta carta sub era I<sup>a</sup> C<sup>a</sup> LXXX<sup>a</sup> VIII<sup>a</sup> existente quotum II<sup>e</sup> idus nouenbris. Imperatore Afonso regnante, comite Ranemundi et Vrraca regina regia proles filius.

Nos quoslibet omnes, et cetera.

Q. p. f.: Anaya Pardus, conf. Munio Consilio, conf. Sanius Benehabens, conf. Pelagio Sarraceni, conf. Abas Pelagius, conf. Pelagius Raucus, conf. Didacus, frater, conf. Et alii.

Martinus, clericus, qui notuit.